Legis verba sunt haec.

Imprimis ad eum finem Scholastici ex varijs Regio-
nibus, praesertim ex Suecia, Gothia, Vandalia,
Norvegia, Dania, Pomerania, Prussia, Livonia,
Moschovia, Russia seu Lithuania et Hunga-
ria evocabuntur, ut operarij effici possint ido-
nei ad excolendas incultas illas Vineas, fidemque
ac pietatem avitam Divina ope restituendam.
Si qui vero ex magis Septentrionalibus, et infe-
riori Saxonia recipi caperent, eorum aliqui
maiores spei admitti poterunt.

Si qui a Judaeis, qui magno viderentur ingenio, con-
verterentur ad fidem, ijque aliquandiu pro-
bati solide pietatis, ac virtutis spem darent
poterunt mitti Romam ad Collegium Neophitorum.

Qui ex plaga magis Septentrionali evocabuntur
ut a Suecia, Gothia, Islandia, eorumque ali-
cui videretur impendere periculum ob Patriae
propinquitatem, vel redeundi ad Semitam,
vel propinqui, et affines avocarent, is Olmu-
tium tanquam ad interiorem et tutiorem
continentis locum transmitti poterit.

Hucusque Emi Cardlis Ptolomei lex, quae etiam
num sacrosancte observatur, excepto quod
communiter his temporibus soli Lithuani
Rutheni, et Samogitae petant admitti.

Romae datur quotannis aurei 812. sive flo-
reni Polonicales 4852; quibus aluntur
Alumni viginti (qui numerus Alumnorum